

PfA Münster

St. Ludgeri

DS 1216

**Breviarium Monasteriense, Pars
Autumnalis**

1784

Bistumsarchiv

Münster

Depositum



F. C. Schuber sc. et d.

BREVIARIUM MONASTERIENSE,

*JUSSU REVERENDISSIMI ET EMINENTISSIMI
PRINCIPIS, AC DOMINI,*

**D. MAXIMILIANI FRIDERICI
D.G. ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS, S.R.I.**

**PER ITALIAM ARCHICANCELLARIUM, ET PRINCIPIS ELECTO-
RIS, S. SEDIS APOSTOLICÆ LEGATI NATI, EPISCOPI ET PRIN-
CIPIS MONASTERIENSIS, WESTPHALIÆ ET ANGARIÆ DUCIS,
BURGGRAVII STROMBERGENSIS, COMITIS IN KOENIGSEGG-
ROTTENFELS, DOMINI IN ODENKIRCHEN, BORKELOE,
WERTH, AULENDORF ET STAUFEN, &c. &c.**

Recognitum & Emendatum.

PARS AUTUMNALIS.



MONASTERII WESTPHALIÆ.

**TYPIS ET SUMPTIBUS ANTONII WILH. ASCHENDORF,
TYPOGRAPHI UNIVERSITATIS. MDCCLXXXIV.**

Ad Magnificat, Ant.
Manum suam aperuit
inopi, & palmas suas ex-
tendit ad pauperem,
& panem otiosa non
comedit.

*Aliae Lectiones pro S. Mu-
liere & Martyre.*

In secundo Nocturno.
Sermo sancti Joannis
Chrysostomi.

67. de divers. novi Te-
stam. locis.

Lectio IV.

EGo maxime comme-
morationes diligo
Martyrum, diligo & am-
pléctor: atque omnes
quidem, sed tum præci-
puè, cum mulierum cer-
tamina proponuntur.
Quantò enim infirmus
est vas, tantò major est
gratia, tantò illustrius est
trophæum, tantò insig-
nior est victòria, non ob
imbecillitatem sexus
athletarum, sed quod per
ea, quibus vicerat inimí-
cus, nunc etiam vincatur.

R. Os suum. cxvi.

Lectio V.

Per mulierem vicit, per
mulierem superatus
est. Hoc illius antea re-

lum erat, hoc illius nunc
cædis factum est instru-
mentum, hoc vas appá-
ruit insuperabile. Peccá-
vit illa prior, & mórtua
est: ista mórtua est, ne
peccáret. Illa tum fútilis
promíssi spe infláta Dei
leges violávit: hæc vitam
præsentem contémpsit,
ne fidem in suum bene-
factórem ejuráret. Quam
ígitur deinceps speráre
póterunt excusationem
viri, si molles sint & igná-
vi? quam verò véniam,
cum fortiter ac viriliter
se gerant mulieres, cum
ádeo se generosè ad cer-
tamina pietátis accín-
gant?

R. Dilexisti. cxvi.

Lectio VI.

Non eos qui domi at-
que in lecto, sed eos
qui cum virtute ex hac
vita discédunt, beátos
prædicemus, ac virtutem
sectémur, vitium fugiá-
mus: illa enim & vivén-
tibus, & moriéntibus
prodest: istud verò ex
utrâque parte lædit, dum
& hos probro áfficit, &
(illos) ad supplicia abdú-
cit æterna. Deus autem,
qui

qui Beátæ isti, quæ nos
hodiérno die congregá-
vit, ut certámen iniret,
& luctarétur, & vince-
ret, & ut ornarétur co-
róna, concessit: nobis
etiam simul omnibus in
illo die, postquam hujus
vitæ cursum absolvéri-

mus, ejusque mandata &
leges observáverimus,
ut in æterna possimus
Sanctæ hujus tabernacu-
la intrare, concédatur, &
immortalibus bonis po-
tíri.

R. Fallax gratia. cxvi.

OFFICIUM

S. PAULI, PATRONI HUIUS
DIOECESIS.

Feria tertia.

*Ad Vesperas, Psalmi &
Antiphonæ Feriæ Ildæ.*

Capitulum. Galat. i.

Norum vobis facio,
fratres, Evangéli-
um, quod evangelizarum
est à me, quia non est se-
cundum hóminem: ne-
que enim ego ab hómine
accepi illud neque didici,
sed per revelationem Je-
su Christi.

Hymnus.

Egrégie Doctore Paule
mores instrue,
Et nostra tecum pectora
in cælum trahe:
Velata dum meridiem
cernat fides,
Pars Autumnalis.

Et solis instar sola regnet
cáritas.

Sit Trinitati sempí-
terna glória,

Honor, potéstas, atque
jubilatio

In Unitate, quæ gubér-
nat omnia,

Per univérfa æternitátis
sécula. Amen.

Ps. In omnem terram
exiit sonus eorum.

R. Et in fines orbis
terræ verba eorum.

Ad Magnificat, Ant.

Tu es vas electiónis,
sancte Paule Apóstole,
prædicátor veritátis in
univérso mundo, per
quem omnes Gentes

cognoverunt gratiam Dei: intercède pro nobis ad Deum, qui te elegit.

Oratio.

DEUS, qui multitudinem Gèntium beàti Pauli Apóstoli prædicatione docuisti, da nobis, quæsumus, ut, cujus commemoratióem cõlimus, ejus apud te patrocinia sentiamus. Per Dõminum.

Deinde Suffragia consueta, præterquam de Apostolis.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Regem Apostolorum Dõminum * Venite adorémus.

Psalms. Venite, exultémus. 2.

Psalms. Omnes Gentes. *ut in Communi Apostolorum.* x.

Antiphona. Tu es vas electiõnis, sancte Paule Apóstole, prædicátor veritatis in univérso mundo.

Pf. Exaudi Deus deprecationem. x.

Ant. Magnus sanctus Paulus vas electiõnis, verè dignè est glorificandus, qui & meruit thro-

num duodècimum possidère.

Pf. Exaudi Deus orationem. xi.

Ant. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi.

℣. Constitues eos principes super omnem terram.

℞. Mèmores erunt nominis tui Dõmine.

Pater noster. *℣.* Et ne nos.

Absolutio. Ipsius pietas. *℣.* Jube domne. *Benedictio.* Ille nos benedicat.

Lectio prima & secunda de Script. occurr.

℞. 1. Repõsita est mihi corõna justitiæ, quam reddet mihi Dõminus in illum diem * Justus judex. *℣.* Scio, cui credidi, & certus sum, quia potens est depõsitum meum servare in illum diem. Justus judex.

Benedictio. Cujus festum cõlimus.

℞. 2. Saulus autem magis ac magis convalescebat, & confundebat Judæos, qui habitabant Damasci, * Affirmans, quoniam

hic

hic est Christus. *℣.* Fuit autem cum discipulis, qui habitabant Damasci, per dies aliquot, & continuò in synagõgis prædicabat Jesum. Affirmans. Glõria Patri. Affirmans.

Benedictio. Ad societatem.

Pro tertia Lectione legitur una ex infra positis, secundum diversitatem mensium.

AD LAUDES.

Psalms. Dõminus regnavit. *cum reliquis.* 23.

Antiphona. Ego plantavi, Apõllo rigavit: Deus autem incrementum dedit, alleluja.

Ant. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi.

Ant. Sancte Paule Apóstole, prædicátor veritatis, & doctor Gèntium, intercède pro nobis ad Deum, qui te elegit.

Ant. Grátia Dei in me vacua non fuit, sed grátia ejus semper in me manet.

Ant. Ter virgis cæsum, semel lapidátus sum, ter naufrágium pér-

tuli pro Christi nómine.

Capitulum. Galat. 1.

Norum vobis facio, fratres, Evangelium, quod evangelizatum est à me, quia non est secundum hominem: neque enim ego ab homine accèpi illud neque didici; sed per revelatiõnem Jesu Christi.

℣. Annuntiaverunt ópera Dei.

℞. Et facta ejus intellexerunt.

Ad Benedictus, Ant.

Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes judicantes duodècim tribus Israèl, dicit Dõminus.

Oratio. Deus, qui multitudinem. *ut supra in Vesperis.*

AD TERTIAM.

Capitulum. Notum vobis. *ut in Laudibus.*

℞. breve. In omnem terram * Exiit sonus eorum. In omnem. *℣.* Et in fines orbis terræ verba eorum. Exiit. Glõria Patri. In omnem.

℣. Constitues eos principes super omnem terram.

R. Mémoires erunt nóm-
inis tui Dómine.

AD SEXTAM.

Capitulum. 11. *Theſſal.* 11.

Fratres ſtate: & tené-
te traditiónes, quas
didicíſtis ſive per ſermó-
nem, ſive per epíſtolam
noſtram. Ipſe autem Dó-
minus noſter Jeſus Chri-
ſtus, & Deus & Pater
noſter, qui diléxit nos,
& dedit conſolatióne
& ætérnam, & ſpem bo-
nam in grátia, exhorté-
tur corda veſtra, & con-
firmet in omni ópere &
ſermóne bono.

R. br. Conſtitues eos
principes * Super om-
nem terram. Conſtitues.
V. Mémoires erunt nóm-
inis tui Dómine. Super.
Glória Patri. Conſtitues.

V. Nimis honoráti ſunt
amíci tui Deus.

R. Nimis confortátus
eſt principátus eórum.

AD NONAM.

Capitulum. 1. *Timoth.* 1.

Gratias ago ei, qui me
confortávit, Chri-
ſto Jeſu Dómino noſtro,
quia fidélem me exiſti-
mávit, ponens in mini-
ſterio: Qui prius blas-

phémus fui, & perfectó-
tor, & contumelióſus:
ſed miſericórdiam Dei
conſecúrus ſum, quia ig-
nórans feci in increduli-
tate. Superabundávit au-
tem grátia Dómini no-
ſtri, cum fide & dilecti-
one, quæ eſt in Chriſto Je-
ſu.

R. br. Nimis honoráti
ſunt * Amíci tui Deus.
Nimis. V. Nimis con-
fortátus eſt principátus
eórum. Amíci. Glória
Patri. Nimis honoráti.

V. Annuntiavérunt
ópera Dei.

R. Et facta ejus intel-
lexérunt.

*Lectiões ſequentes di-
cuntur ſingulis menſibus in
Officio S. Pauli Patroni.*

MENSE SEPTEMBRI.

Lectio III.

Ex Actibus Apoſtoló-
rum. Cap. 26.

De geſtis Pauli.

Rex Agríppa, non fui
incrédulus cæléſti
viſióni: ſed hiſ, qui ſunt
Damáſci primùm, & Je-
roſólymis, & in omnem
regiónem Judææ, &
Géntibus annuntiábam,
ut pœniténtiam ágerent,
& con-

& converteréntur ad De-
um, digna pœniténtiæ
ópera faciéntes. Hac ex
cauſa me Judæi, cum eſ-
ſem in templo, compre-
hénſum tentábant inter-
ficere. Auxílio autem ad-
jútus Dei uſque in hodi-
érnum ſto, teſtíficans mi-
nóri, arque majóri, nihil
extrá dicens quam ea,
quæ Prophétæ locúti
ſunt futúra eſſe, & Mói-
ſes: Si paſſibilis Chri-
ſtus, ſi primus ex reſur-
rectiõe mortuórum, lu-
men annuntiáturus eſt
pópulo, & Géntibus.
Hæc loquente eo, & ra-
tióne reddente, Feſtus
magna voce dixit: Insá-
nis, Paule; multæ te lí-
teræ ad insániam convér-
tunt. Et Paulus: Non
insánio, inquit, óptime
Feſte, ſed veritátis, &
ſobrietátis verba loquor.
Scit enim de hiſ rex, ad
quem & conſtánter lo-
quor: latere enim eum
nihil horum árbitror.
Neque enim in ángulo
quidquam horum ge-
ſtum eſt. Credis, rex
Agríppa, Prophétis?
Scio, quia credis. Agríp-

pa autem ad Paulum: In
módico ſuades me Chri-
ſtiánum fieri. Et Paulus:
Opro apud Deum, & in
módico, & in magno,
non tantùm te, ſed étiam
omnes, qui áudiunt, hó-
die fieri tales, qualis &
ego ſum: excéptis vín-
culis hiſ. Et exurréxit
rex, & præſes, & Bérni-
ce, & qui aſſidébant eis.
Et cum ſeceſſiſſent, lo-
quebántur ad invicem,
dicéntes: Quia nihil
morte, aut vínculis dig-
num quid fecit homo
iſte. Agríppa autem Fe-
ſto dixit: Dimítti póte-
rat homo hic, ſi non ap-
pelláſſet Cæſarem.

Te Deum. 22.

MENSE OCTOBRI.

Lectio III.

Ex Actibus Apoſtoló-
rum. Cap. 27. & 28.

De geſtis Pauli.

Cum multa jejunatio
fuíſſet, tunc ſtans
Paulus in médio eórum,
dixit: Suádeo vobis bo-
no ánimo eſſe; amiſſi-
o enim nullíus animæ erit
ex vobis, prætérquam
navis. Aſtitit enim mihi
hac nocte Angelus Dei,
cujus

cujus sum ego, & cui deservio, dicens: Ne timeas, Paule, Cæsari te oportet assistere: & ecce donavit tibi Deus omnes, qui navigant tecum. Propter quod bono animo estote, viri: credo enim Deo, quia sic erit, quemadmodum dictum est mihi. In insulam autem quamdam oportet nos devenire. Et cum evasissimus, tunc cognovimus, quia Mérita insula vocabatur. Cum congregasset autem Paulus sarmentorum aliquantam multitudinem, & imposuisset super ignem, viperam, à calore cum processisset, invasit manum ejus. Ut verò viderunt Bárbari pendentem bestiam de manu ejus, ad invicem dicebant: Utrique homicida est homo hic, qui cum evaserit de mari, ultio non finit eum vivere. Et ille quidem excutiens bestiam in ignem, nihil mali passus est. At illi existimabant eum in tumorem convertendum, & subito casurum, & mori. Diu autem illis

expectantibus, & videntibus nihil mali in eo fieri, convertentes se, dicebant eum esse Deum. In locis autem illis erant prædia principis insulæ, nomine Públii, qui nos suscipiens, triduo benigne exhibuit. Contigit autem, patrem Públii febribus & disenteria vexatum jacere. Ad quem Paulus intravit: & cum orasset, & imposuisset ei manus, salvavit eum. Quo facto, omnes, qui in insula habebant infirmitates, accedebant, & curabantur.

Te Deum. 22.

MENSE NOVEMBRI.

Lectio III.

Ex Actibus Apostolorum. Cap. 28.

De gestis Pauli.

Cum autem venisset, mus Romam, permissum est Paulo manere sibi cum custodiente se milite. Post tertium autem diem convocavit primos Judæorum. Cumque convenissent, dicebat eis: Ego, viri fratres, nihil adversus plebem faciens, aut mo-

rem

rem patrum, vincetus ab Jerosolymis traditus sum in manus Romanorum; qui, cum interrogationem de me habuissent, voluerunt me dimittere, eò quod nulla esset causa mortis in me. Contradictibus autem Judæis, coactus sum appellare Cæsarem, non quasi gentem meam habens aliquid accusare. Propter hanc igitur causam rogavi vos videre, & alloqui. Propter spem enim Israël catena hac circumdatus sum. At illi dixerunt ad eum: Nos neque litteras accepimus de te à Judæa, neque adveniens aliquis fratrum nuntiavit, aut locutus est quid de te malum. Rogamus autem à te audire, quæ sentis: nam de secta hac notum est nobis, quia ubique ei contradicitur. Cum constituissent autem illi diem, venerunt ad eum in hospitium pluri, quibus exponébat testificans regnum Dei, suadensque eis de Jesu ex Lege Móysi, & Prophétis, à manè uf-

que ad vespèram. Et quidam credébant his, quæ dicebantur: quidam verò non credébant. Cumque invicem non essent consentientes, discedebant, dicente Paulo unum verbum: Quia bene Spiritus sanctus locutus est per Isaiam Prophétam ad patres nostros, dicens: Vade ad populum istum, & dic ad eos: Aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perspicietis. Incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos suos compresserunt: ne fortè videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & fiamus eos. Notum ergo sit vobis, quoniam Gentibus missum est hoc salutare Dei, & ipsi audient. Et cum hæc dixisset, exierunt ab eo Judæi, multam habentes inter se quæstionem. Mansit autem biennio toto in suo conducto: & suscipiebat omnes, qui ingrediebantur ad eum,

præ-

prædicans regnum Dei,
& docens, quæ sunt de
Dómino Jesu Christo,
cum omni fidúcia, sine
prohibitíone.

Te Deum. 22.

OFFICIUM
DE SS. EÚCHARISTIÆ SA-
CRAMENTO.

*Feria quinta.
Ad Vesperas, Psalmi &
Antiphonæ Feriæ IVtæ.*

Capitulum. 1. Cor. II.

FRatres, Ego enim ac-
cépi à Dómino, quod
& trádidi vobis, quóni-
am Dóminus Jesús, in
qua nocte tradebátur, ac-
cépit panem, & grátias
agens fregit, & dixit:
Accípите, & manducáte:
hoc est corpus meum,
quod pro vobis tradétur:
hoc facite in meam com-
memoratióem.

Hymnus.

PAnge lingua gloriósi
Córporis mystérium,
Sanguínisque pretiósi,
Quem in mundi préti-
um

Fructus ventris generósi
Rex effúdit Géntium.

Nobis datus, nobis na-
tus

Ex intacta Vírgine,
Et in mundo conversá-
tus,

Sparso verbi fémine,
Sui moras incolátus

Miro clausit órđine.

In suprémæ nocte cœ-
næ

Recumbens cum frátri-
bus,

Observata Lege plenè
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodénæ
Se dat suis mánibus.

Verbum carò, panem
verum

Verbo carnem éfficít:
Fitque Sanguis Christi
merum,

Et si sensus déficit:
Ad firmándum cor sincé-
rum

Sola fides súfficit.

Tantum ergo Sacra-
méntum

Venerémur cernui:

Et antiquum documén-
tum

Novo cedat rítui:

Præster fides supplemén-
tum

Sénsuum deféctui.

Genitóri, Genitóque

Laus & jubilatio,

Salus, honor, virtus quo-
que

Sit

Sit & benedíctio:
Procedénti ab utróque
Compar sit laudátio.
Amen.

℣. Panem de cælo
præstitisti eis.

℞. Omne delectamén-
tum in se habéntem.

Ad Magnificat, Ant.

O quam suavis est Dó-
mine spíritus tuus, qui,
ut dulcédinem tuam in
filios demonstráres, pane
suavíssimo de cælo præ-
stito, esuriéntes reple-
bonis, fastidiófos dívites
dimíttens inánes.

Oratio.

DEUS, qui nobis sub
Sacraménto mirábi-
li passióis tuæ memóri-
am reliquisti, tribue, quæ-
sumus, ira nos Córporis
& Sanguinis tui sacra
mystéria venerári; ut re-
demptióis tuæ fructum
in nobis júgiter sentiám-
us. Qui vivis & regnas
cum Deo Patre.

Suffragia consueta.

In Completorio Hymnus.

Telucis. terminatur.

Jesu tibi sit glória,

Qui natus es de Vírgine,

Cum Patre & almo Spi-
ritu

ritu

In sempitérna fécula.
Amen.

*Etiam si in Vesperis fac-
ta sit tantum Commemora-
tio SS. Sacramenti.*

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum

Regem adorémus domi-
nántem Géntibus: * Qui
se manducántibus dat
spíritus pinguédinem.

Psalmus. Veníte, exul-
témus. 2.

AD NOCTURNUM.

Psalmus. Beátus vir. *ut
in Communi plurium Mar-
tyrum.* XXXIX.

Ant. Fructum salutí-
ferum gustándum dedit
Dóminus mortis suæ
témpace.

Pf. Cùm invocárem.
XLIII.

Ant. A fructu frumén-
ti & vini multiplicáti fi-
deles in pace Christi re-
quiescunt.

Pf. Conférva. XLVIII.

Ant. Communióne cá-
licis, quo Deus ipse sú-
mitur, non vitulórum
sanguine congregávit
nos Dóminus.

℣. Panem cæli dedi-
stis,

℞. Pa-